Salzburg/Domstift, 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



In conuersione sc̄i pauli · lc̄o actuum ap̄lorum ·

IN diebus illis: Paulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: accessit ad principem sacerdotum et petiit ab eo epl̄as in damascum ad synagogas: ut si quos inueniret huius uie uiros ac mulieres uinctos pducēt in ierl̄m. Et cum iter ageret: contigit ut appropinquaret damasco. Et subito circumfulsit eum lux de celo: et cadens in terram audiuit uocem dicentem sibi. Saule saule: quid me ps̄equeris. Qui dixit. Quis es domine. Et ille. Ego sum ih̄s xp̄s quem tu ps̄equeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et ille tremens ac stupens dixit. Domine: quid me uis facere. Et dominus dixit ad eum. Surge et ingredere ciuitatem: et dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefēi: audientes quidem uocem neminem autem uidentes. Surrexit autem saulus de terra apertis oculis nichil uidebat. Ad manus autem illum trahentes introduxerunt damascum. Et erat ibi tribus diebus non uidens: et non manducauit neq; bibit. Erat autem discipulus quidam damasci: nomine ananias. Et dixit ad illum in uisu dominus. Anania. at ille ait. Ecce ego domine. Et dominus ad illū. Sur-